

ta, æterna, numeri, mensuræ & finis
 exers, propter personam patientem,
 quæ est simul Deus & Homo: sequitur
 nefas esse numerũ, mēsuram, finemq;
 illi statuere, temet inde excipere, nec
 peccata tua ejus ambitu contineri in
 animum inducere. Etenim cum illius
 meriti tanta sit efficacia & omnipotē-
 tia, ut semper majus sit futurum, etsi
 singuli homines totius mundi pecca-
 ta admiserint, & quot homines sunt,
 tot mundi peccatis pleni & obnoxij
 extiterint: absit, aliquem illud sibi
 nolle aut nō posse vendicare. Hoc scil.
 est illud profundum maris, in quod Deus
 projecit peccata nostra; Mich. 7. Hoc illud
 est, quod extat Psalm. 103. Quoniam se-
 cundum altitudinem cœli a terra, corrobo-
 rabit misericordiam suã super timentes se.
 Quantum distat ortus ab occidente: longè
 fecit à nobis iniquitates nostras. Hęc est il-
 la æterna redemptio, cujus facit men-
 tionē, Ep. ad Heb. 9. Hoc deniq; est quod
 ait B. Paulus Rom. 8. Quis est qui con-
 damnet? Christus Jesus qui mortuus est,
 Deus qui justificat. DECIMO perfecta est
 Christi obedientia, quia voluntati pa-
 tris & legi in omnibus partibus satis-
 fecit, omnem inobedientiã hominum

minius
 hominũ
 peccata
 compre-
 hendit.

*

Perfecta
 Christi
 obedien-
 tia per-
 tinet ad
 omnes

singu- homines.